Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26062
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Menestheus uero circa captionem Troili totus anhelans. ut ipsum suum hic ualeat in
captiuum cumulando uires uiribus cum omnibus suis tamen studium adhibuit et labores quod
Troilum a pedibus equorum abstraxit cepit eum et captiuum ducere in multitudine militum pharali
ga festinat. Sed quidam miles nomine Ulixes aduersus illos de fugia potenter exclamat
Dicens o uiri fortes ad quod uenistis ad bellum numquam pro honore uel uerecundia acquirenda.
Nonne perspicitis et uidetis Troilum filium regis priami et fratrem hectoris duci captiuum. Sa
ne si pinnietatis cum duci pectu pudoris labe uos et heredes uestros potentis tenore fe
ditis. Inter captionem quoniam ipsi uirtute uires uestras et hoc facere cum celeritate curetis. ante
quam ad potentia uestram uirium euat. Tunc Rex Alcamus escandescens totus in iram. accepta
quadam lancea contra Grecos qui Troilum captiuum ducere festinabant irruit et sic uiriliter per
tit cum eadem unum ex eis quod ipsum subita morte prostrauit. Deinde prosiliens in alium ipsum
letaliter uulnerauit. Quare factum est cum adiutorio suorum succurrentium cateruatim quod Troilus i
a manibus ipsum ducere uolentium extitit liberatus. Et in maxima uirtute bellandi equum
ascendit auxilio sapientie Regis Canapi qui cum acie sua in liberationem ipsi troili a
festinus accurrit. hic rex Sagapus Menestheum ducentem furibundus inuadit et cum uiriliter
extra suesso percussit et non sinistra armorum tutela fidelium indubitanter interfecisset eumdem. Do
lens itaque menestheus ex sui amissione captiui suos acriter ortatur ad. Et superuenientibus
Grecis in succursum ipsius in multitudine pugnantium copiosa bellum letale committitur
Quare de interfectis cadaueribus extitaque parte sequitur magna strages. Interea hector i
qui belli labore laxari non potuit in furore suo multos Grecos interficiat sternit et uulnerat
Set Menestheus qui multo dolore depressus de eo quod captiuum suum amiserat et pre ma
xima gentis sue discurrit per acies ueluti furibundus. Et dum ita discurreret occurrit et
ianos ille mihes per quem suum captiuum amiserat obuius uenit ei. Quem menestheus in
armorum suorum gestamine recognouit qui dirigendo se uiriliter contra eum inequo sui cursu a
Et in sue lancee forti potentie impulsu ipsum ab equo prostrauit et deiecit bellantium inter pe
des quem amplius uexare non ualens deserit et in alium irruit quem similiter ab equo prostra
uit. Ad hec ex parte Troianorum superuenit Hupon et in eius Epistrofus continua cum duobus
milibus pugnatorum et cum omnibus de regno larisse contra quos Rex protenor et rex Archelaus
cum gente sua de regno boetie obuiam exiuerunt durum bellum committitur inter eos. Sed non
longe ex parte Troianorum superuenit Polidamas Anthenoris filius in maxima militu
dine pugnatorum. Qui uidens tot acies cum quibus uenerat separent ab aliis. Et ab illa parte
se dirigentem contra Grecos. Quare factum est quod predicta acie se contra Grecorum exercitum ex parte
alia dirigente superuenit. Rex Remus a Troia Ciuitate progressus cum tribus milibus
pugnatorum contra quem statim irruit Menelaus cum inuictis Spartensibus equitibus gentis
sue. Et sic Rex Menelaus et Rex Remus insimul prelians qui ex potentibus lancearum cor
impulsibus ambo se sternunt ab equis. Polimadas uero irruit in Meriam Nepotem helene
et Ducem .xx. annos tantum agentem qui iam in flore sue adolescentie miles strenuus habetur
huic Polidamas in graui ictu sue lancee sic impulit uiolenter quod lexis et disruptis i

No. qualiter polidamas antenoris filius troyanus interfecit illum nepotem menelay uidelicet regis grecorum.

armis